

¶) Adamus peccavit; Christus pro peccato satisfecit, & per solvit id, quod justitia Dei requirebat.

Ex peccato Adami progenit Reatus, ad damnationem:

Ex satisfactione Christi orta est gratia, seu Gratificatio, ad justificationem vitæ, quia justificamur ad vitam æternam.

Ex peccato Adami derivata est Mors:

Ex satisfactione Christi Vita.

¶) coll. Mirum, quomodo hæc omnia sibi correspondant:

Inobedientia Adami, Obedientia Christi;

Peccato Adami, Justitia, seu Satisfactione Christi;

Reatus, nesciatur, Donum gratiæ Christi, scimus;

Damnationi, natura nesciatur, Justificatio, nesciatur.

Morti, Vita.

Sic scilicet Adamus fuit Typus Christi.

¶) Uſus. Unde perspicitur singularis Dei φιλανθρωπία:

hyp. Qui nobis adumbravit, atque monstravit,

In Morbo, Medicinam;

In Morte, Vitam;

In Perditore, Servatorem;

In Media Pernicie, Salutem æternam.

thes. An non hæc gratiæ mente recoleremus?

test. Dicentes, cum rege Davide, Psal. 103. v. 1—4.

Benedic anima mea Domino, & omnia interiora mei nomini sanitatis ejus:

Benedic anima mea Domino, & ne obliviscaris ullius beneficiorum ejus:

Qui condonat omnes iniquitates tuas,

qui medetur omnibus morbis tuis:

Qui vindicat à corruptione vitam tuam,

qui coronat te benignitate & miserationibus.

Etcum Apostolo Paulo, Tit. 3. v. 3—7.

Eramus quondam & nos amentes, rebelles, errantes,

servientes cupiditatibus & voluptatibus variis,

in malitia & invidia degentes, odiosi, odio habentes:

nimirum, ex lapsu illo primo Adami corrupti.

Sed postquam benignitas, & φιλανθρωπία, h. c. erga homines amor, apparuit Servatoris Dei: &c. &c.

P A R S II.